



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

X. Nonum argumentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

que aureos fecit. Auctor Plinius. Aureo etiam lecto cubiculari Cæsarem in Bithynia fuisse exceptum notat Suetonius. Mentio fit & apud Scævola, libro tertio Respon-  
 forum, grabati argento inaurato tecti. *Κλίνας* denique ἀργυρέας Veteres memoraf-  
 se reperias. Quod idcirco refero, ut Interpretibus nonnullis reconditum aliquod  
 mysterium hic apud Mosem anxie scrutantibus gratificer.

Plin. l. 33. c. 11.  
 Sueton. in Jul.  
 cap. 49.  
 L. 20. v. 8. D.  
 De instruct. vel  
 instrum. leg.

VIII. Sex illis argumentis ex Aben Ezra sumtis sua subnectit Disputator Theologo-  
 Politicus, quorum primum ab Auctore Systematis Præadamitici jam ante usurpatum  
 arcessit ex his ejusdem capituli Deuteronomii verbis: *Jabir filius Manasse possedit omnem*  
*regionem Argob, usque ad terminos Gessuri & Machati, vocavitque ex nomine suo Basan,*  
*Harvoh Fair, id est villas Fair, usque in presentem diem.* Ex quibus postremis verbis con-  
 cludit Disputator, longo post Mosi mortem tempore hæc esse scripta. Nos vero fate-  
 mur Scripturæ sacræ reparatorem Efdram, sicubi se darent obscuriores aut difficiliore  
 loci, huc & illuc de suo nonnulla in Libros sanctos explicationis causâ infarsisse. Præ-  
 terea cum tot descriptionibus propagati sint Codices sacri, ut nullius unquam libri tot  
 extiterint exemplaria, quid mirum si quod alias sæpe evenit, factum hic quoque sit,  
 & adtexta ad oram à viris piis & doctis notæ in ipsum forte contextum irreperint?  
 Hujusmodi locum hunc esse utique non negamus.

Septimum  
 argumentum.  
 Tract. Theol.  
 cap. 8.  
 Syst. Theol.  
 libr. 4. cap. 14.  
 Deut. 3. 14.

IX. Quoniam Auctor Pentateuchi de Mose ita loquitur, quasi alia persona sit,  
 eumque variis præterea ornat elogiis, & ipsius prædicat laudes, ac vitia carpit, con-  
 tra vero in Deuteronomio, ubi Legem ad populum recitans inducitur Moses, & ge-  
 sta sua narrans de se ipse ex propria loquitur persona & *αὐτοπροσώπως*; tum dein-  
 de post hanc narrationem alia denuo succedit persona, quæ reliqua Mosi acta ad  
 ejus usque obitum persequitur; hinc octavum exurgit argumentum. Cui sic occurritur,  
 supposititiam quoque dicendam *Κόρυ ἀνάστασιν*, supposititios Cæsaris Commen-  
 tarios, & Josephi libros De bello Judaico, & ipsum Matthæi Evangelium, (uti hac  
 ipsa ratione deceptus asseverabat Faustus Manichæus) in quibus Xenophontis, &  
 Cæsaris, & Josephi, & Matthæi mentio fit, tanquam diversarum ab iis persona-  
 rum: quod cum futile sit, futile illud quod adversus Mosaicum Pentateuchum ob-  
 jicitur. *Moris Scripturæ sacræ est*, inquit Gregorius Magnus, *ut ipsi qui scribant, sic de*  
*se in illa quasi de aliis loquantur. Hinc est enim quod Moyses ait, Erat Moyses vir mitissi-*  
*mus super omnes homines, qui morabantur in terra. Hinc Johannes dicit, Discipulus ille*  
*quem diligebat Jesus. Hinc Lucas ait, quod ambularent duo ex discipulis in via, Cleophas,*  
*& alius. Deinde: Scriptores igitur sacri eloquii, qui impulsu sancti Spiritus agitantur, sic*  
*de se in illo testimonium, quasi de aliis proferunt.* Minime porro mirandum est, Mosem  
 alias ubique de se tanquam ex diversa persona, & *εἰς αὐτοπροσώπως* locutum, propriam  
 induere personam, dum ad Israëlitas verba facit in Deuteronomio: hic enim loqui-  
 tur, illic scribit; atqui scribenti alienam quidem assumere personam licet, loquenti  
 non licet, & ridiculum sane foret. Quod si virtutes suas jactare alicubi visus est,  
 minime id quidem arroganter fecit, sed pro suo candore, quo fit ut errata ipse sua  
 alias etiam ingenuè agnoscat. Sic Josephus Historicus sua sæpe merita decantat,  
 Judæorum omnium prudentissimum esse se quandoque significat, cum & errores suos  
 alias fateatur: nec idcirco tamen ab eo libros ipsius abjudices.

Octavum ar-  
 gumentum.  
 Augustin. adv.  
 Fault. libr. 17.  
 cap. 1.

Gregor. Magn.  
 Pref. in Job.  
 cap. 1.

Joseph. de bell.  
 Jud. libr. 3. cap.  
 14. & 24. & De  
 vita sua, sæpe.

X. Quod ad interitus Mosi, sepulturæ, & Ebraeorum luctus narrationem perti-  
 net, & reliquorum quæ ad calcem Deuteronomii adtexta sunt, unde nonum colli-  
 gitur argumentum, pervulgata est omnium confessio, id vel à Josua, vel à Synago-  
 ga Magna, vel ab Efdra denique fuisse adjectum. Nam post solutam Captivitatem  
 Babylonicam, & reversos in patriam Israëlitas, Efdra studio recognitos fuisse Libros  
 sacros suo loco demonstrabimus. Minime vero probabilis videtur Josephi sententia,  
 qui Mosem ipsum suam in literas mortem retulisse vult *ὡς ἐβλήθη*, ne se propter  
 virtutem à Deo raptum post obitum Israëlita opinarentur. A qua sententia non  
 multum diversus abit Maimonides.

Nonum ar-  
 gumentum.

Joseph. Antiq.  
 libr. 4. cap. ult.  
 Maim. in tract.  
 De precib. &  
 ben. Sac. c. 11.

XI. Et limbo vero in contextum intrusa videtur vox *Dan*, hoc Geneleos loco,  
 ubi dicitur Abraham hostes Loti persecutus esse usque *Dan*. Constat enim ex decimo  
 octavo libri Judicum capite, longe post Abrahamum, & Mosem etiam, *Dan* appella-  
 tam urbem hanc, quæ prius *Lais* dicebatur. Vel ipse fortasse Efdra, dum Libros  
 sacros recognoscere, vocabulum *Lais* sua ætate propter vetustatem & desuetudinem  
 ignotum, trita & usitata voce mutavit. Etsi hac exceptione propositum argumentum  
 satis refellitur, suspensionem tamen meam Lectorem non celabo. Ex duobus fontibus  
 & rivulis *Jor* & *Dan*, Jordanis flumen & nomen coaluisse opinio est Hieronymi, &  
 Philostorgii, apud Johannem Antiochensem *ὡς ἀρξατορίας*. Id si sit, certe ante-  
 quam urbi *Lais* nomen *Dan* indidissent *Danita*, alter fontium Jordanis *Dan* nomen  
 habuit: nam Jordanis nomen *Dane* urbe vetustius est. Hunc ergo fortasse *Dan flu-*

Decimū ar-  
 gumentum.  
 Gen. 14. 14.  
 Jud. 18. 19.

Joh. Antioch.  
 apud Salm. in  
 Solim.